



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pia Desideria**

**Hugo, Hermann**

**Mediolani, 1634**

I. Anima mea desideravit te in nocte. Isaiaë 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43734**



*Anima mea desiderauit te in nocte.*  
*Isaia, 26.*

*G. Blancus fecit.*

H  
T  
Nub  
N  
Nom  
T  
Nec  
V  
Nec  
F  
Nam  
N  
Noct  
E  
Arct  
D  
AST  
N

## I.

Anima mea desideravit te  
in nocte. *Isaia 26.*

**H**E I mihi quam densis nox incubat atra  
tenebris?

Talis erat, Pharios quæ tremefecit agros.  
Nubila, lurida squallida, tetrica, terribilis nox;  
Nocturno in censu perdere digna locum.  
Non ego tam tristes Scythico puto cardine lunas,  
Tardat ubi lentas Parrhasis Vrsa rotas:  
Nec tot Cimmerio glomerantur in æthere nubes,  
Vnde suos Phœbus vertere iussus equos:  
Nec reor inuisi magis atra palatia Ditis,  
Fertur ubi nigra nox habitare casa:  
Nam licet hic oculis nullam dent sidera lucem,  
Non tamen est omni mens viduat a die:  
Noctem, suam noctem populus videt ille silentium,  
Et se, Cimmerij, Sole carere vident.  
Arctica cum senos regnavit Cynthia menses,  
Dat fratri reduci septima luna vices:  
At me perpetuis damnat fors dira tenebris,  
Nullaque vel minimo sidere flamma micat;  
Et

Et neque (quod cecis unum solet esse leuamen)  
 Ipsa suam noctem mens miseranda videt.  
 Quin tenebras amat ipsa suas; lucemque perosa,  
 Vertit in obscena noctis opaca diem.  
 Nempe suas animo furata Superbia flammis,  
 Nubilat obscuro lumina caeca populo.  
 Nec sinit Ambitio nitidum clarescere solem.  
 Fuscatur & ingenuas Idalis igne faces.  
 Heu, quoties subit illius mihi noctis imago.  
 Nox animo toties ingruit atra meo!  
 Sors oculis nostris melior, quibus ordine certo.  
 Alternas reparant lunaque, solque vices:  
 Nam quid agat ratio, quid agat studiosa voluntas,  
 Quas habet, ut geminos mens peregrina duces?  
 Maior, habere oculos, dolor est, ubi non datur uti,  
 Quam, quibus utaris non habuisse oculos.  
 Qui dolet oppressus lapsis velocius umbris,  
 Latior aggreditur manè viator iter.  
 Sed nimis haec longas tenebris nox prorogat horas,  
 Quae tibi manè negat cedere, Phoebe, diem.  
 Cum redit Arctoo Titan vicinior axi,  
 Exultat reducis quisque videre iubar:  
 Scilicet Aurorae gens vertitur omnis in ortus,  
 Quisque parat primus dicere, Phoebus adest!  
 Sic ego, saepe oculos tenui sublimis Olympo,  
Aspi-

LIBER PRIMVS 27

*Aspiciens, gemino qui iacet orbe, Polum.  
Et dixi tam sapè; Nitesce, nitesce meus Sol!  
Sol mihi tam longos obtenebrate dies!  
Exorere, exorere, & medios saltem exere vultus,  
Vel scintilla tui sola sat esse potest;  
Quin etiam, tanti si luminis abnuis usum,  
Sufficiet radios expetijisse tuos.*

BERNARDVS

*In Cant.*

Sermone 75.

**H**abet mundus iste noctes suas, & non  
paucas. Quid dico, quia noctes habet  
mundus? cùm pæne totus ipse sit nox, & tetus  
semper versetur in tenebris.

Deus